

materiam transire debet, aliud oportet fieri quàm fuit eius principium, quoduis in suo genere varium atque diuersum, etiam ex vna matre. Sic Deus in omnibus vnus esse voluit, item vnam esse omnium primam & vltimam materiam; talis est, ac tam admirandus rerum primus artifex, qualis nunquam fuit antea, nec vnquam futurus est alius. Vt autem de matre mineralium aqua videlicet audistis adhuc, in sequentibus docebimus ampliùs, malè, perperam quoq; scripsisse veteres illam esse terram, quod nondùm verè demonstrasse potuerunt.

De vltima & prima materia mineralium.

CAP. II.

PRIMVM principium apud Deum fuit vltima materia, quam ipse primam effecit, vt fructum, qui alium fructum produceret: Illa ipsa habet semē: hoc semen est in prima materia. In vltima similiter mineralium materia facta est materia prima, id est in semen facta, quod semen est elementum aquæ, quod resoluit, vt sit aqua. Ad hoc naturę cōmisit, vel ordi-

P